

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt VII. Documenta quædam a[d] Orationem benè instituendam  
maximè scitu necessaria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

operumque Filiis amantissimi Domini nostri JESU Christi fiducialiter offerimus.

Portò duo maxime necessaria sunt ad petitionis perfectionem. Primum profunda cordis hu-

LUG. 18. militas, quā exemplo Publicani, *Qui non audebat oculos in cælum levare*, vilitatem nostram agno-

teamus, arque indignos, qui à DEO exaudiuntur nosmetipos repudemus: *Oratio namque humilians*

ECC. 35. *rū se ( ait Scriptura ) penetrat cælos*. Secundum

est fides viva, quā indubitur & sine ulla hæfitatione credamus DEUM non tantum nobis date

posse, qua petimus, sed etiam daturum, quæ peti-

tum, si debitur & sicut oportet petamus, arque

etiam velle ut petamus, ut ineffabilis bonitatem suā

nobis beneficiendi habeat occasionem: Hæc e-

nīm iunt ipsius ad orationem invitantis verba: Pe-

Ioan. 16. *tite & accipietūt*. Et Ioan. 16. *Omnia quæcumq; peto*

Ioan. 16. *tieritū Parrem in nomine meo, credite, quia accipietū*

& fieri yobū. Quo in loco ponitur fides tanquam

potissimè ad Orationem requiritur. Ex illa enim

omnipotētis, misericordie, bonitatis DEI solidi-

dā per vivam fidem nostrā, maxima nascitur in

animā nostrā, quicquid à DEO petierimus impe-

trandi fiducia.

Eiusmodi viva fides adeò ad efficaciter peten-

dum est necessaria, ut Doctores afferant, quod licet

Oratio habeat à Charitate meritum, sumat

tamen à fide robur ad impetrandum: tota enim

obtinendi, quod petimus efficacia, à Dei gratiā

potentia ejusdem conjuncta procedens, per vi-

viam illam omnipotentis divinae bonitatis fidem

nobis manifestatur. Quinimò etiam si peccator

oratione sua quemadmodum justus mereri non

possit vitam æternam, fieri tamen potest, ut ali-

quando q̄ uadā non impetrat iustus, impetrat

tamen peccator; ut patet in S. Paulo & Publica-

no, quia in peccatore aliquando concurrent om-

nes conditiones, quæ quandoque desiderantur in

2. 2. q. justis: quales sunt ( ut doceat S. Thom. ) postulare

83. 4. 5. pro scipio, bona necessitatis ad vitam æternam, &

& 6. cum perieverantia.

## C A P V T VII.

*Documenta quedam ad Orationem bene in-*  
*stituendam maximè scitu neces-*  
*saria,*

**Q**uisquis hoc utilitaris inæstimabilis orationis exercitium aggredi decrevit, viriliter & serid agere debet, atque firmissime resolvere, nullum omnino diem te reliquerum, quo non aliquod temporis spatium, alia etiam usibus necessariis dedicatum, huic magis necessario. Orationis exercitio tribuat, ac etiam si refectio aut somnus relinquendus foret, præcipuum tamen animæ suæ pœnum nunquam se ullo modo dereliquerum. Nec est quod quisquam frivolum super negotiorum multitudine pretendet excusationem, cum sciamus quā plurimos Episcopos summosque Pontifices, aliosq;ne diversorum ordinum Prelatos, gravissimis alioquin negotiis præpeditos, inceptum nunquam prætermisso orationis exercitium, tanquam omnium negotiorum maximum, & ad quævis alia ritè peragenda quam oportunissimum.

Verum plurimotum in lectando hoc sancto orationis studio inconstancia, non ex temporiis penitū, sed ex tædio atq; difficultate, quam devotionis adhuc gustu carentes perpetuam & sine fructu futuram existimant, procedit. Quæ daemonis aperta tentatio ( in iis præsertim, quos non sibi-

met solū, sed & alijs orationis lumine & efficiā profuturos prævidet) ex duobus dimanare lo-  
ler. Primum est quod non serio, vitiliter, ac telo-  
tū, sed oscitante, meticuloz, accidē nimium,  
neque quanti momenti sit, quod agunt pondere-  
rantes, Orationi se accingant.

Alterum est, quod nondum resignati sumis ad ferendam JESU Christi Domini nostri crucem, neque tam profectum nostrum spiritualem, quam portius gustus, & consolacionis nostras in oratione perquiramus. Unde si impura & servilis oratio nostra sensibili devotionis consolatione prævetur, omnem operam perdidisse nos arbitramur, non attendentes præcipuum orationis finem esse non nostram, sed sanctissimam DEI in omnibus adimplere voluntatem, quodque quanto majori ariditate minorique suavitate perfereramus, tanto securius & fructuofius oramus. Neque ista incons-  
tans cæptæ orationis derelictio, alicui adscriben-  
da est quam nobis ipsi, pulsamuniti nimis sumus  
qua animum nobis auferit ad fortiter pro  
amore & honore Dei, tantum laboris subven-  
dum. Amoti etiam proprio, quo propriam com-  
moditatem, non Dei querimus voluntatem; vel  
eriam crassie cuidam ignorantia; dum non intel-  
ligimus orationis fructum, in oblatione & gu-  
stu, sed in prompta & alicui voluntatis nostræ  
abnegatione, & divinae executione possumus esse.

Alli ab hoc sancto & necessario orationis exer-  
citio retrocedunt, quia cum non ita sint facilis in  
advenienda atque digerenda orationis materia,  
facile distrahitur, & variis cogitationibus in di-  
versa trahentibus, tempus orationis consumunt,  
magnamque incurunt animi anxietatem sive  
perturbationem, quæ eos ab incepto reflige com-  
pellit. In quorum consolatione & subfusione sequentia subjunxit media ad congra-  
tioni inveniendam materiam, eamque commun-  
andam utilissima.

Primum, librum aliquem spiritualem quicquid  
suo statui convenientes materias pertractantem  
seligere poterit: Viam verbi gratia, purgativum  
inchoantes legent de quatuor novissimis, defor-  
ditate peccati, de Christi Domini passione, atq;  
millibus. At vero ipsa lectione non curiositas,  
aut scienti studio, sed sancta devotionis grā  
assumi debet, non aliter, atque si DEUS ipse  
legentem veribus illis alloqueretur & doceret: At-  
que ubi punctum aliquod animam ad devotionis  
affectionem movens occurrit, mox libro clauso,  
ac mente in Deum elevata illud ruminandumq;  
interius digerendum erit. Iterumque obte-  
sciente devotionis fervore, alio, refusum à lectione,  
investigato devotionem stimulante punto, se-  
cum meditabitur, & sepiuscule idem facit, tamen,  
sensim & paulatim ad progrediendam orationis  
viam consolidatus, librum, quo tanquam vehicu-  
lo ( adinflat pueruli, præ instabilitate pedum pre-  
gredi non valentis ) iusus fuerat, relinquentem porci.  
Qui tamen in communitate orant, vel alia de cau-  
sa ad spiritualis libri lectionem configurata non  
pollunt, affigunt in collectum suum ad aliquam  
orationem vocalem, verbi gratia, Dominicam, &  
singula illius verba, cura viva intellectus applica-  
tione ac sedate ruminabunt, quousq; devotionis  
ignis paulatim accensus exardescat. Multum  
ad hoc proderit aliquam orationis Dominice ex-  
positionem prius legisse, quo magis ad manum,  
& in promptu habeatur digesta ejusdem orationis  
materia. Novi ego nonnullos materiae ora-  
tionis ab ipsis attulisi vel mysteriis fideliter deli-  
vere.

## ORATIONIS MENTALIS.

51

mere eternas illas & infallibiles veritates patlatim ponderando. Ex quo fit, quod per infusum à Domino lucem, maximo in pretio & veneratione habeant sacrosancta S. Scriptura & Fidei nostra dogmata: Vnde & quamplurimus eis promanat profectus. Intellectu namque ab omnibus fallaciam opinionum simulachri, & vanitatum mundanarum astimatione hoc fidei lumen penitus expugnato, moveretur efficaciter voluntas, ad prompte laborandum, & viriliter defendant, & maxima quaestione sine ulla formidine aggredendum. Plures quoque novi, qui huic & orationis Dominicæ mediæ exercitio incumbentes ad supremam orationis perfectionem pervenerunt.

Terrium pro quibus non ita facilis est in oratione discusus remedium erit: pii quidpiam, verbi gratia Rosarium Beatisissima Virginis Deipara recitate, sic ut finitam quavis salutatione Angelicâ, aliquod mysterium viræ vel passionis Christi Domini menti volvant atque expendant. Poterunt autem ab eis sanctissima incarnatione incipientes, usque ad sancti Spiritus missione paulatim procedere, moxque subiungente Gloria Patri, &c. vel eliceret aliquor actus Fidei, ipsi & charitatis dicentes Credo in DEVM, & pro in DEVM, amo DEVM ceterumque quibus praesertim magis indigent virtutis ostendant etiam mentaliter alias orationes recitare; Multum enim juxta ad cohibendas mentis cogitationes, saltē in initio, intellectum alligare ad aliquas vocales orationes, quibus tantum baculo nos sustentemus, singula verba, aut intentias meditando & expendendo. Caveant autem in primis ne hoc ex arida quadam confusitudine, atque accelerata nimis, quasi pensum abolivendo percurrent, sed ubique a devozione persenserint gratiam, ibi subsistant: & ut sancti Spiritus tote uberiori perfundantur, etiam Rosarium finite non possint, insistant. Modum hunc Rosarium recitandi tradunt L. Blosius, & P. Arias in parte proficiens spiritualis longè sanè optimum, per quem prolixa admodum multumque utilis in stitu posse oratio.

Ceterum qui ne quidem tantum tranquillitas ad superiori dicta pia ostendenda obtinere posuerunt, totis viribus conabuntur Christum Dominum sibi, vel interius, vel exteriori exhibere præseptem, cum desiderio sentimentorum crucis ac passionis ipsius, imaginando videlicet eum columnæ totum corpore tantiato, alligatum, vel in horto sanguineo sudore perfluentem. Nitantur ex animo condolare Redemptoris sui solitudini & detractioni, contemptui, acerbissimisque doloribus: quibus omnibus diligenter animæ vel corporis oculis perspectis ac consideratis effectuosa posint compunctione compungi. Intrent etiam divinam illud immensi atque inexhausti amoris sacramentum, Sacrosanctum scilicet pectus Domini nostri IESU Christi, atque ardentissimum infinitæ charitatis ignem iubili conclusum flagrantem studeant mente recolere, & ad se accendendos haurire, ac quantumvis alio fuerint evescat, quantibus ad id tantum alysum, portum, requiem suam, omnes suas necessitatibus fideliter amicèque aperiendo, recurant. Qui certè modus in eo viriliter perseverantibus plurima solerent conferre emolumenta. Deus enim ineffabilis bonitate sua eos, qui etiam devotionis gratiam subiecta, huic orationis exercitio ferventer & strenue insistant, in tantill laboris recompensionem, heroicis præstantissimisque virtutibus, non advertente etiam anima, cumulare confluavit: Humilitate videlicet,

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

resignatione, timore, aliisque quamplurimi divisione gratiae sue effectibus longè plus omni devo- tione sensibili estimandis. Nec dubium est, quin anima per varias arditates sine ullo gratiae sensibilis influxu in sancta resignatione & puritate DEO serviens, viâ compendiosiori orationis, a liarumque virtutum perfectionem attinget.

Qui ad nihil supra dictorum imaginatione valent, ex cere se solent in actibus eorum virtutum, quibus maximè se norunt indigere, præcipue tam Theologiarum Fidei, Spei & Charitatis, non nihil in qualibet eorum immorando. Circa fidem exempli gratia, gratias agant Domino DEO, quod pro immensa sua benignitate eam sibi donauit: sibi congratulantur, quod divino lumine rebus ita intellegunt. Si captum supereminenter alieniti possint, offeunt in gratiâ animi signum vitam libenter impendere, atque singulos articulos fidei ultimæ sanguinis sui gemitus effusio testari, si que ad reliquos virtutum actus eos multiplicando quantum possunt, procedunt.

Quod si forte quispiam nec huic orationis modo se conformare valeat, eam leigit materiam, qua eum ad majorem devotionem excutare solet. Et si talen repente nequeritur, nequam animo concidat, sed alacriter Christo Domino voluntatem suam offerat, cum desiderio persistenti quantacunq; eum ariditate in conspicuejus, quantum illi videbitur expedire. Neque ulla pars sua non obsita orationem tamq; præstatiorem: Solet enim DEUS haec arditates quæ initio hujusmodi exercitum tenacior, sublimi postea orationis dono compensare. Sicut contigit Beatisissima maria nostra THERESA, cui post 18. arditatis annos, sublimissimam DEUS contulit orationem.

Finaliter eos tamen omnes, qui quocunq; modo oratione invigilant monitos volo, ne satisfecisse se in intellectu & conscientiis discutibus plus quam studentes, dum forte sublimibus conceptuum prædicabilium considerationibus, que dextero portus quam utilius esse solent, orationis excellentiæ & sublimitatem metuunt: sed illis tanquam mediis, quibus radicatae & ponderatae veritates efficacius voluntatem afficiant ac moveant, pro necessitate utantur, alioquin scientiam magis quam pietatem sectabuntur. Sciant ergo in affectuosis voluntatis motus præcipue incumbendum, longè etiam maximo ex his, si soli frequentari possent, manante emolumento. Verum tamen est, incipientes intellectu laborare oportere, sed ita ut simul cum voluntate participeratque concurrat.

Plura superefflent orationis iter inambulantibus tradenda documenta, qua quia compendii brevitatem excedunt, effusoribus de oratione tractatis non confiteere orationem in toto bonis cogitationibus prie se propositis, sed præcipue præcam esse debere, ita ut a cogitationibus suis descendat ad opera bona, manuque quamvis orationis cultulum artipiant, eoque si superficiat aces omnes, propriæ imprimis voluntatis & judicii, ad sensos si que ex externo nihil intentatum relinquentes, amputare incipiunt. Conentur præte ea omnia opera sua, secundum perfectionis regulas omnimodo perficere, ne convenientibus aut debitis privata circumstantiis sine ullo merito evanescant.

Dehuc mortificationis & orationis exercitio

E 2

egregie

## VIA BREVIS ET PLANA

52.

*Tom. 2  
professus  
Spirit.*  
egregie agit R. P. L. Granatenensis diversis operum suorum locis, & de mortificatione R. P. Arias. Methodum orandi virtutemque exercendi graphicè depingit liber quidam cui nomen *Ars Deo servendi*. Quia Tractatus, si que libelli ab eo, qui in oratione proventum facere cupi, diligenter per legendum, nec ulla tenus mentis acies à continuo orationis, mortificationis, & virtutum exercitio unquam deflectenda. His enim destituta oratio, non oratio dicenda est, sed somnus & dormitatio.

## CAPUT VIII.

*De triplici via, purgativa, illuminativa & unitiva, & statibus correspondentibus, incipientium, proficientum & perfectorum.*

*Consulene.* **C**um doctrinæ morales eò plus soleant utilitas *Ven.* assertæ, quod propius particularia attinunt, vñsum fuit expedire, tractatus generalibus nucus à orationis principiis, ad particularem instructionis *JESU*, hojus paxin descendere, assignando exercitia *ARIA*, correspondientia statui, & directioni uniuscujusq; qui bunc juxta gradum orationis querent tener.

*triplicem* Notandum ergo est Christianæ perfectionis perfectionem si um esse in unione divina mediante charitate & gratia. At quia hæc caritas non æquilateraliter in omnium cordibus diffusa est, cum intra lapatio spiritus sancti Doctores tres principios Charitatis ejusdem status, penes effectuum, quos in anima tario, à operatur, diversitatē distinctos.

*Grego-* Primus status, sive gradus est incipientium, id *XV*, est, eorum, qui quasi modò geniti infantes, sunt Pontifici. Fili Dei per adoptionem. Secundus Proficientie, plurimum, qui jam vita spiritualis incububula transgredi, in ætatem succrescant discretionis. Tertius demandato, nique perfectorum, corum nimurum, qui ad viridissimum, de quæ agimus spiritualis vita pervenerunt, exposuit, maturitatem. Triplici enim hominiæ etiam tres Hunc trius gradus comparat *S. Thom*. Inchoanum plicem quidem, parvolorum adhuc rationis usu carentium, proficiuntur eorum, quibus ad res cognoscendæ rationis & discretionis lux orti incipit; simè & perfectiorum vero etiam jam virili, in quâ naturæ doctissimæ humanae perfectio sita est. *S. Bernardus* primam me etiam etatem voca animalem propriæ exiguam, quam exponunt tunc homo habet de divinis rebus notitiam. Se-

in sua secundam rationalem; tunc enim mentis intuitum *Summa*, in DEUM figete incipi, & ea que sunt divina *Theologia* cognoscere. Tertiæ spiritualem; quia homo jam in spiritu ambulans, non solum sensuum, sed rationis quoque humanae capacitatem transcendit. In *ASS. Tri-* primo fit, ut DEUS hominem a malo, atque capi- *part.* nit, talis fio, n imico peccato avertitur. In secundo ad *1.2. & 3.* bonum amplectendum inducit. In tertio, in bono *Antoni* jam adepto reddit stabilem & perfectum. Agit à Spiritu enim DEUS hac in re non aliter atque agens ali-

*S. in Di-* q; od naturale ignis enim, vel gratia, primū *reliktio* qualitatem suam calorem in lignum introducit, *mystico* frigus expellit, calorem intendit, paulatimque ligum ad ignis formam disponit, donec tandem *Tractatu* 2. 3. & 4. ultima dispositione polita in ignem transluteatur. *& Domi-* Par i ratione tribus hisce itatibus, tres viæ cornicus a, respondent: Purgativa, illuminativa & unitiva. *SS. Tri-* Purgativa, quâ peccatis purgantur. Incipientium *Purgativa*, quâ virtutes acquiruntur, proficiuntur; Unitiva, quâ DEO servidis actibus amo- *log. Sect.* etis. Theologis, perfectorum est. Priusquam enim anima ad viam unitivam, in quâ perfectio chari- *tae* & tatis repetitur, perveniat, neccesse est, ut per vi-

am purgativam, veteres maculas emundando, in quoque cedat; ab hac illuminativa virtutum acquisitione, legge di- ne pertransferat. tundemque DEO magis magis, laque que adpropinquans, ad amorem animæ suæ in seculis, DEUM transformationem, que in via unitiva consummatur, pergingat. Quorum quidem non 4.9.14 alia convenientior assignari potest ratio, nisi quod sp. est, amor tria exerceat officia, ita sibi mortuo concer- de nos tenata, ut unum ex altero nascens, ait: ius sit dit. Da posito a quo origo. Primum ergo amor offici & movere amantis voluntatem. Secundo eam res amare & assimilat. Tertiè unitaque transformat amantem in rem amatam. Quæ omnia triplici hæc via exercet amor noster, DEUS noster: Primum enim movens atque affectus sui amore animam, per veram conititionem ab omni peccato & deformitate emunda; Deinde variis virtutum perfectionibus adorando magis divine maiestatis & decori similem ac conformem reddi. Denique totaliter sibi assimilaram in seipsum transformar. Non secus ac in vetusto fetro ignis primum zru- ginem expurga, frigus expellit, naturali suo indu- cito calore ferrum sibi assimilat, donec emolliat duritie, integrè accensum ac intime unitum, perfec- te in se transformer.

*S. Bonavent.* tres hosce gradus, quos divina gra- tia secundum uniuscujusque protectum operatur considerans, tres quoque diversas operationes, & officia gracie & charitatis in anima assignavit. Primum, inquit, est *vigor virtutis*. Secundum, *splendor veritatis*. Tertium, *fervor charitatis*. Primum vocat *virtutum vigorem*, quo nimur anima per virtutem gratia ab omni peccatorum labo emon- datur, qui propriissimum est via Purgativa (quæ anima totaliter purificari debet) effectus. Quia vero hoc particulari opus est dexteræ excelsi, pug- rem virtutum nuncupavit. *splendor veritatis*, ad viam speciat illuminativam, quæ continua passionum mortificatione, & pleniori DEI cognitione, ma- jorem lucem anima acquirit. *fervor denique Cha- ritatis*, propria est vite unitiva operatio, quæ ani- ma totaliter in DEUM transformata unum quid cum eo efficitur.

## CAPUT IX.

*Qui sunt effectus & operationes harum trium viarum; Purgativa, Illuminativa & Unitiva?*

*V*arii sunt ac multiplices harum trium viarum effectus & operationes, licet omnes ad unum eundemque finem ordinentur. Purgativa im- pris officium est, purgare & perficere sensus: Illuminativa rationem. Unitiva spiritum sive men- tem superiorē, nimur animæ portionem. Primum enim DEUS hominem sub peccati tyrannie militante suo volens subjecere imperio, artium vestibulum quæ animæ exercitus, lentes exer- nos dico, torasq; inferiorem sensitum partem debellar, ac deinde murum & mensam Civitatis, rationem, ipsamque civitatem, intellectum. Denique & civitatis artisque humanae Reginam vo- luntatem suo captivat dominio, atque ita tandem predicas hominis vires per peccatum labefac- tas destrutus peccati vinculis mirum in modum purificari atque fortificari. Vires, inquam, ira, libido, & concupiscentiam, inspiratis ex divina po- tentia, justitiaque consideratione humilitatis conititioneque actibus. Rationem, quâ accu- ratæ divinam sapientiam agnolcat, illustratione. Voluntatem vero purum ei infundens sive boni-

ta/ig